[illegible] de 31 ced[illegible]
[illegible] capit[illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible] en la Nueva Esp[illegible]
[illegible] del [illegible] 1612
al 1773 [illegible]
[illegible]

FUE
Este libro usado
DESINFECTADO
para su venta

ESTE MARBETE DEBE SER
[DE]STRUIDO POR EL COMPRADOR

JCB

ACTA CAPITULI PROVINCIALIS,

IN HOC IMPERIALI S. P. N. DOMINICI Mexicœo Conventu celebrati die vigeſima quinta Maij decurrentis anni à Regio puerperio milleſimi ſeptengenteſimi trigeſimi ſeptimi.

SUB R. adm. P. N. Mag. Fr. NICOLAO GUERRERO, PRÒ Regali ac Pontificia Mexicana Academia Doctore Theologo, ejuſdemque, cujus mentio eſt facta, Mexicani Conventus jàm dudùm Priore, omnium conſenſu ad Provincialatus munus in præſentiarum aſſumpto.

Cùm eo unà definientibus

RR.adm.PP. NN.Fr.DIDACO RODRIGVEZ DE GVZMAN in Sacr. Theologia Mag.Fr.Joſepho Larrimbe in Sacr.Theolog. Mag. & prò Regia ac Pontificia, cujus meminimus, Vniverſitate Doct. hujuſce Provinciæ ex-Provinciali, Procuratore prò Regia ac Pontificali Curia, & prò Generali Capitulo Definitore in præſedenti Provinciali Capitulo electo & miſſo, ex natis in Indijs ſicut & anteacto; Fr.Franciſco Molina Præſentato, & Conventus noſtri S. Joannis Baptiſtæ de Coyoacan Priore;& Fr. Emmanuele Bargas Præſentato, & noſtri Conventus S. Crucis de Zacatecas Priore, utroque ex natis in Hiſpania.

MEXICI: Ex- Regali Summæ Adminiſtrationis Sacrorumque Librorum Typographia, apud D. Mariam de Ribera, in publica via de Empedradillo. Anno M DCC XXXVII.

RPJCB

IN NOMINE
SANCTISSIMI UNIUS TRINIQUE DOMINI PATRIS, & Filij, & Spiritus Sancti, Sanctiſsimæ necnon Verbi Genitricis MARIÆ Angelorum Reginæ, noſtratumque Matris, Glorioſiſsimi P. N. S. Dominici, & omnium Sanctorum atque Sanctarum Dei. Amen.

Abſolutiones.

Abſolvimus omnes Suppriores, Vicarios, & Præſidentes hujus noſtræ Mexicanæ Provinciæ.

Denuntiationes.

DENUNTIAMUS, quod cùm quatrienium Provincialatus muneris R. adm. P. N. Mag. S. Officij Qualificatoris Fr. Antonij Pinto de Aguilar jam fuiſſet expletum, amarore licèt & dulcedine mixtum; cùm etenìm omnes nos, ùt filios dilectiſsimos ex præcordijs ardentèr amplecteret, inenarrabilique lætitia tantum Patrem habere gauderemus, converſa eſt in luctum lætitia noſtra; conſummato nàmque miræ pulchritudinis & magnitudinis templo, cujus perfectionis faſtigium oculis videri, verbis tamèn explicari non poteſt; inter omnium, tàm domeſticorum, quàm exterorum, prò dedicatione lætitiam, ab omnibus uno ore laudatus decidit in lectum gravi ægritudine oppreſſus, qua hactenùs, & ſi non tàm periculosè laborat; ad reſidentiam attamèn ſui officij manifeſtè impeditus apparet. Hìnc cor noſtrum ingenti doloris fuit vulneratum gladio. Accedente tamèn Dominica quarta pòſt Octavas Paſchæ, die vigeſima quinta menſis Maij anni milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi ſeptimi, convenientibus in hoc noſtro S. P. N. Dominici Mexicœo Cœnobio (ùt mos eſt) vocalibus prò capite & Paſtore eligendo, ſervandiſque omnibus de jure ſervatis, Præſide R. adm. P. Præd. Generali Fr. Joanne Zevallos dicti Conventus Priore, omnibus (excepto uno) ſuffragantibus; atque in Priorem Provincialem R. adm. P. N. Mag. & Doct. Fr. Nicolaum Guerrero aſſumentibus, tantum temperarunt dolorem: nàmque, cùm pectora noſtra horrida affectuum tempeſtate fluctuarent, ad felicitatis portum hilari hac electione viſum fuit attigiſſe; ità meherclè ùt non abſre dicere valeremus: tranſivimus pèr dirim fletus aquæ amaratudinem, & pèr blandientem cordibus amoris ignem, quibus fuimus educti in refrigerium; hocque non aliundè, quàm quoniàm hominem ſupèr capita noſtra impoſuit Altiſsimus: hominem (inquam) natura quidèm, intelligentia nàmque, vel certiùs Angelum dicerem, omnibus ſcholis teſtibus Mexicœis; hominem, qui etſi omnibus præ-

clarus, verùm ſibimetipſi exinanitus, ad Præſulatus apicem evectus, honorem, velùt intolerabile onus, lachrimis defluentibus renuit; hominem, adeò benignitate & humanitate conſpicuum, ùt ei quamvis non lateant uniuſcujuſque merita, prò quibus, ùt juſtus, inæqualitèr præmia largiatur, omnibus verùmtamen æquè ſe præbet amabilem; hominem, qui labilitatem oblitus humanam, prò lorica fortitudinem induens, etſi magna ſit aggreſſus, verùm graviora ſuſtinuit; hominem, omnia non modò rectè conſilijantem, ſed diſertè judicantem, & ſecundùm circunſtantias omnes ſuavitèr imperantem; hominem deniquè apis fungentem officio, Roſarij roſarum melle corda dulcorantem, & earúdem cæra mentium næbulas fugantem, complures poſtremò ad ſuperos vehere ſatagentem. Quæ omnia ità eligentium voluntates & mentes compulerunt, ut ſumma concordia ad Præſulatus apicem evecto, juſtitiam & pacem oſculatas haud dubitemus. Quid mirùm ſi noſtri communi gaudio ſuſciperent, quandò extranei quoquè, tùm Eccleſiaſticæ, tùm ſæcularis hierarchiæ univerſis unanimitèr celebrabere plauſibus! Hanc obrem à R. P. N. Mag. Generali ſupplices petimus, ac rogamus, ùt hanc electionem, utpotè canonicè, & à Deo verè factam, confirmet; ſuæque Rmæ. P. decretum & ſcrutinium tranſmittimus. Et ùt diſpoſitionem Clementis VIII. adimpleamus, quò aduſque reſponſum acceperimus flexo poplite electo obtemperabimus.

Denuntiamus, unà cùm brevi indulgentiæ plenariæ omnibus fidelibus, qui die ſolemnitatis, & duabus ſequentibus beatificationis B. Catharinæ de Riccijs in Eccleſijs noſtris orantes, Deum præcarentur, conceſſæ, decretum fuiſſe à nobis mitiſsimè acceptum, & prò viribus celebratum.

Denuntiamus itèm, decretum extenſionis cultus B. Benedicti Papæ XI. olim Mag. Generalis Ordinis noſtri, cognomento Fr. Nicolaus Boccalinus de Tarviſio, inſimùlque litteras V. Rmæ. quibus fuimus facti concij inventionis & tranſlationis ſacri corporis S. Petri Martyris, Deo grates rependentes, qui tot, tantiſque beneficijs Ordinem noſtrum cumulare non deſinit, V. que Rmæ. gratulàtes, quoniàm ſuæ Prælaturæ evo tantis honoribns ſuæ vigilantiæ debitis aucta eſt noſtra Religio, humilitèr & celebritèr fuiſſe à nobis receptum.

Denuntiamus, ſimili hilaritate fuiſſe ſuſceptum decretum ſedulitate V. Rmæ. à N. S. P. Clemente XII. die vigeſima ſexta Martij anni Domini 1736. expeditum, in quo indulgentiam plenariam ſingulis fratribus & ſororibus dicti Ordinis paternis viſceribus conceſsit, in quatuor anniverſarijs diebus quotannis à nobis celebrari conſuetis; Prima, nimirùm, prò omnibus & ſingulis Fratribus, Monialibus, & Tertiarijs dicti noſtri Ordinis, quæ eſt decima menſis Novembris; ſecunda prò eorundem Fratrum & Monialium parentibus, conſanguineis, & affinibus, & hæc eſt quarta Februarijs tertia prò animabus familiarium & benefactorum noſtrorum, quæ eſt quinta Septembris; quarta demùm, ùt animæ Chriſti fidelium in Eccleſijs & cæmente-

rijs noſtris ſepultorum refrigerium obtineant optatum, quæ eſt duodecima die Julij; ſi Sacerdotes Miſſam celebraverint, alij verò fratres & ſorores Sacramento pœnitentiæ abluti, & ſacrà Communione refecti, & omnes quique officio deffunctorum, & ſacris celebrandis interfuerint, & prò Chriſtianorum Principum concordiâ, &c. devotè oraverint. Quam indulgentiam prò animabus præfatorum deffunctorum pèr modum ſuffragij applicari poſſe, etiam benignè indulcit.

Denuntiamus, litteras patentes V. Rmæ. de confirmata Provincialatus electione Rdi. adm. P. N. Mag. Fr. Antonij Pinto de Aguilar Sanctæ Inquiſitionis Qualificatoris, ſub die vigeſima Februarij anni milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi quinti, receptas, perlectaſque, & ab omnibus gaudente animo, jucundiſque affectibus, celebratas fuiſſe, atque ſubmiſsè obtemperatas.

Denuntiamus, R. P. N. Mag. Theologiæ Doct. ex-Prov. & prò Capitulo Generali Definitorem Fr. Joſephum Larrimbe, & R. P. ex-Lect. Fr. Antonium de Caſtellanos, prò Regia & Romana Curia Procuratores, multis, tùm itineris, tùm navigationis, intolerabilibus perpeſos laboribus, ad noſtram tandèm felicitèr perveniſſe Provinciam, & communi, de eorum, intèr hæc, ſalute, & proſpero exitu, lætitia fuiſſe ſuſceptos, ſimùl cum novem Religioſis ex Provincijs Hiſpaniæ adductis: Cœterùm omnes nos magna oppreſſit mœſtitia, per magnoque dolore fuimus affecti, atque omnibus exteris Religioſis, Eccleſiaſticis, & ſæcularibus magnatibus, nimis fuit in nota, quod prædictus R. P. ex-Lect. Fr. Antonius Caſtellanos, anteacto Capitulo prò Præſentaturæ gradu meritò poſtulatus, abſque remuneratione dicto præmio revertiſſet laborum: Quamobrem V. Rmam. mitiſsimè ſupplices obteſtamur, ùt quæiſque depoſitis injurijs (ſi quæ fragilitèr, aut negligentèr adversùm V. Rmam. patravit) præpoſtulatum gradum, poſteà in poſtulationibus denuò exigendum, illi paternalitèr conferre dignetur.

Denuntiamus, patentes litteras V. Rmæ. ſub die decima ſeptima menſis Aprilis anni 1735. noſtræ appuliſſe Provinciæ, quibus Magiſterij gradus RR. PP. Præſentatis Fr. Joſepho Larrimbe, Doctori Theologo loco Magiſterij R. adm. P. Mag. Fr. Didaci Flores ejus ob mortem; Fr. Ludovico de Caſtro, loco Fr. Franciſci de Uriá Villavicencio, ob mortem ejus, ex natis in Indijs, titulo lectionis confertur, fuiſſe (ùt V. Rmæ. placuit) executioni mandatas.

Denuntiamus, unà cùm illis fuiſſe ſuſceptas, prò Præſentaturæ gradibus, & illas, quibus RR. PP. Lectoribus Fr. Franciſco Lopez, loco actu vacante ob aſſumptionem ad Magiſterium R. P. Præſ. Fr. Joſephi Larrimbe, & Fr. Emmanueli Bargas, loco vacante ob aſſumptionem ad Magiſterium R. P. P. Fr. Ludovici de Caſtro, ex natis in Hiſpania, titulo lectionis; necnon Fr. Iſidoro Montaño, loco R. P. Præſ. Fr. Emmanuelis Moxica vacante ob

ejus

ejus mortem; Fr. Joſepho Moreno, loco vacante ob mortem R. P. Præſ. Fr. Gabrielis de Reyna, ex natis in Indijs; tametſi hic gradum non aſciverit, quia priùs ad ſuperos (ut piè creditur) evolavit; & Fr. Joanni Baptiſtæ Soriano, ex natis in Hiſpania, ob renuntiationem ſuæ filiationis R. P. Præſ. Fr. Salvatoris de Contreras loco vacante, titulo Prædicationis, conceditur.

Et poſtremò, illas receptas fuiſſe, quibus gradus Prædicatoris Generalis V. Rma. impartitur RR. PP. Fr. Didaco Nuñez prò Conventu S. P. N. Dominici de Mexico loco actu vacante, ob mortem P. Præd. Generalis Fr. Franciſci de la Torre; Fr. Joanni Zevallos prò Conventu de Coyoacàn, loco vacante ob mortem P. Præd. Generalis Fr. Franciſci de Novali; Fr. Simoni Zepeda prò Conventu de Guadalaxara, loco vacante ob aſſumptionem ad Præſentaturam P. Præd, Generalis Fr. Iſidori Montaño, qui antè poſſeſsionem gradus diſceſsit è vita; Fr. Joanni de la Peña, prò Conventu de Zacatecas loco vacante ob mortem Fr. Franciſci de Ureña; Fr. Franciſco Solis, prò Conventu S. Joannis del Rio loco vacante ob mortem P. Præd. Gen. Fr. Joannis Fauſtino; Fr. Franciſco Celis, prò Conventu de Hoaztepec loco vacante ob mortem P. Præd. Gen. Fr. Stephani de Mendoza; Fr. Emmanueli Zuazo prò Conventu de Azcapozalco loco vacante ob mortem P. Præd. Gen. Fr. Stephani de Zenteno; Fr. Joſepho Piſeros prò Conventu de Quauhtlan loco vacante ob mortem P. Præd. Gen. Fr. Franciſci Guerrero; Fr. Michaeli Velaſco titulo linguæ Mexicanæ loco vacante ob mortem P. Præd. Gen. Fr. Laurentij Pinto de la Vara; Fr. Franciſco de la Torre titulo Miſsionis loco vacante ob aſſumptionem ad Præſentaturam P. Præd. Gen. Fr. Joſephi Moreno; Fr. Joanni Cabrera titulo Miſsionis loco vacante ob mortem P. Præd. Gen. Fr. Michaelis Ortiz; Fr. Marco de Caſtellaños titulo linguæ Mexicanæ loco vacante ob mortem P. Præd. Gen. Fr Petri de Roa.

Denique ſuſcepimus litteras, quibus V. Rma. conceſsit P. Lect. Fr. Joanni Melendez gratias omnes, quas Emus. Dñus. Card. de Pipia Grammaticam per quindecim annos legentibus indulcit; ùt, nempè, ſit ab officio Hebdomadarij diſpenſatus, gaudeatque loco immediato poſt PP. Præſentatos Provinciæ. Quibus omnibus libentèr paruimus.

Denuntiamus, quòd die vigeſima nona Maij poſt celebrationem dicti noſtri Capituli hora tertia matutina, uti juris eſt, vocalibus convocatis ad Definitorem, Procuratoremque prò Regia ac Romana Curia eligendum fuit canonicè aſſumptus R. P. Præſ. Fr. Franciſcus Lopez noſtri Collegij S. P. N. Dominici de Porta-Cœli Rector, Primariuſque ejus Studiorum Regens, quem aptum judicavimus ad hæc, & adhùc majora, expedienda: Quamobrem V. Rmam. oramus, ùt ſimilem electionem confirmare dignetur.

Denuntiamus deniquè, quod, proùt nobis ſancitum eſt, ad poſtulationes prò gradibus rigore juſtitiæ collocandas, unà cùm Magiſtrorum conſilio, die trigeſima prima Maij, expoſuimus RR. PP. in poſtulationibus infrà poſitos.

Ad-

Admonitiones.

ANTIQUUM volentes mitigare dolorem, deteſtandumque abolere abuſum, quod indigni ad indebita ſumantur officia, & à debitis multotiès abſolvantur pœnis, extraneorum procurantes favorem, quo Prælatis manus funibus impediunt, dirisque corda transfigunt macronibus: Admonemus in primis omnes Patres & Fratres, nè deinceps ad quid conſequendum tali utantur favore; & ſi aliquis (quod Deus avertat) temerè auſus fuerit hanc monitionem contraire directè, vel indirectè, pèr ſe, vel pèr alios, vel quoquo modò, prætèr excommunicationes Gregorij XIII. & Clementis VIII. quibus adhærent in quam plurimis actis Capitulorum Generalium, maledictiones Omnipotentis Dei, B. Virg. Mariæ, Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & glorioſiſsimi Patriarchæ noſtri Dominici, ſciant, quòd tales voce activa & paſsiva ab ipſis privati ſunt; quin poſsit in hoc diſpenſare, niſi Generale Capitulum; ſicùt nèc in inhabilitate perpetua ad officia Ordinis excercenda; paritèrque in vita, & in morte omni privantur ſuffragio; publicaque nota Ordinis deſtructorum debent ſignari; ſicut & qui fratrum noſtrorum, vel Ordinis noſtri occulta detegunt, undè ipſe Ordo, vel aliquis frater poſsit infamari, vel difamari. Quod totum nupèr ſancitum eſt in Cap. Bonon. anno 1725.

Paritèr admonemus Prælatos, quòd ſicùt ordinatum eſt Romæ in Cap. Gen. anni 1656. vigilent, nec ſubditos ludere permittant cartis (vulgò naypes) aleis, aliovè ludo, quo pecunias, aliaſvè res prætio æſtimabiles & prætioſas perdere, aùt lucrare præſumant, ſub pœna proprietarijs debita; etiàm ſi hoc pèr modum diverſionis, aùt recreationis aſſumant; verùm honeſtis ludis abſque interpoſitione prædicta, & ſuperiorum placito ludere licebit.

Eodem modo admonemus Prælatos, ùt ſibi ſubditos Ordinis noſtri cæremonijs ſtudere ſatagant, præcipuè illis quæ ad ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium ſpectant, ità ùt debito modo tremendum offerant holocauſtum; nèc minùs quam dimidiæ horæ tempus in celebrando conſumant, nè de noſtris, quod Auguſtinus Parens de aliquibus affirmat Sacerdotibus, quòd magis hyſtriones, quàm Dei apparent miniſtri, verificetur. Quod, ùt rectè fiat, ad minùs ſemèl in menſe legere faciant in novo Miſſali Miſſæ cæremonias, à quibus nullo modo devient ſub pœna arbitrario Prælatorum judicio infligenda.

Tùm etiàm admonemus Prælatos, nè in diebus, in quibus Sanctorum, vel mortuorum proceſsiones fiunt, Miſſæ celebrentur eodem tempore in Eccleſia; ſicùt nec in diebus feſtis à ſecundo ſigno huſquè ad elevationem calicis Miſſæ ſolemnis, atque omnes fratres admonemus, nè in majori Altari celebrent, niſi Prælati ſint, aùt Magiſtri in Theologia; ſicùt & quòd quotidiè in ſuis Eccleſijs, & non alibi extrà ipſas, offere valeant divinum ſacrificium.

Præ-

Præterea admonemus Patres Priores, Suppriores, Vicarios, & Præſidentes, nè mulieres ingrediantur Conventus, & domos noſtras, quia multotiès ſæculares ſcandalizantur, & noſtrates religioſorum fama nudi apparent ipſorum oculis, ipſiſque occaſio ruinæ tribuitur; & qui fæminas videre prohibentur, multò magis ipſas in clauſtro, dormitorio, & cellis, videre privantur; ùt ſancitum eſt in Cap. Vallisol. 1605. & Rom. 1608.

Admonemus R.P. Priorem hujus Conventus, ùt obſervari ad litteram curet ordinationes factas à Rmo. P. N. Mag. Gen. Fr. Antonio Cloche ſub die quarta decima Aprilis 1695. quæ ſunt thenoris ſequentis: *Ordinamus*, quòd numerus fratrum in Conventu Mexicano non debeat excedere centenarium, quatenùs ità tantis perrelevetur ab ingenti debitorum ſumma, quam annuatim exolvere *tenetur*. Ut autèm hæc ordinatio, prò revelando Conventu dicto, inviolabilitèr obſervetur, præcipimus adm. RR. PP. Provincialibus, & Prioribus prò tempore, ùt nullum fratrum noſtrorum eximant ab officiò hebdomadarij, quocumque titulo ſint præditi, etiàm Præd. Gen. Conventus; exceptis Syndico, Sacriſta, & quatuor Confeſſarijs, quos debebunt deſignare de Baccalaureis, nè ſit neceſsitas diſpenſandi alios de jure non exemptos.

Itèm admonemus Prælatos, ùt ordinationem quartam in actis Cap. Gen. Romæ celebrati die quarta Junij 1656. ſub Rmo. Joanne Baptiſta de Marinis ſancitam, obſervari faciant inviolabilitèr: quòd, ſcilicet, Patres Confeſſarij quotiès in exteriori Eccleſia populo Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrant, ſtolam patentèr deferant; ſicut Romæ, & alijs in locis jam fieri conſuevit, & nupèr à Smo. Dño. Nro. Papa Benedicto XIII. ſub die 13. Februarij ſtabilitum eſt.

Admonemus parimodo Prælatos, ùt in memoriam revocent, & obſervare faciant zelo Religionis induti, ſecundam ordinationem in præfatis actis repertam, quæ eſt thenoris iſtius. *Admonemus*, iterùmque directè omnibus inculcamus proximi Gen. Cap. undecimam confirmationem hujus thenoris. Confirmamus, & innovamus quæcumque in varijs Cap. Gen. de raſuræ, & veſtitus uniformitate, ac modeſtia ſunt conſtituta: Mandantes Provincialibus, ac Prioribus Conventuum ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda, ùt quos invenerint comam, vel barbam in labijs, mentovè contra Conſt. Cap. de raſura, vanè & modo ſæculari nutrientes, veſtes in materia, forma, colore, laxitate, &c. contra præſcriptum earundem Conſt. & Cap. Gen. portantes, inducis lineis ad carnem utentes, ſcapulare, tunicam ad terram huſque defluam, aut à cingulo deorsùm patulam, ac diviſam deferentes, habitum Ordinis palàm ubiquè deferendum, ſubſago paliovè ſæculari occultantes, interulas veſtes alio, quàm albo colore, aliavè materia, quàm quæ Chriſti pauperes decet, calceamenta, caligas, pileos, quæ religioſam humilitatem, & paupertatem minùs ſapiunt, noſtriſque Conſtitutionibus, atque Capitu-

itulis Gen. præſertim Mediolanenſi 1505. Senenſi 1452. & Rom. 1629. ad-
erſantur, cujuſque dignitatis, gradus, aùt conditionis ij fuerint, declarent
privatos utraque voce, officijs, & gradibus, ipſas veſtes auferant, illoſque
onèc ſe emendaverint Conventum egredi non ſinant: proùt ex nùnc prò
ùnc eos utraque voce; officijs, & gradibus, ac vanis illis veſtimentis priva-
nus, privatoſque ad triennium declaramus; pertinaces verò damnamus ad
œnas gravioris culpæ, & carceris: cæteros deniquè in his delinquentes pri-
vamus ad idem tempus ſcapulari & capucio. Proindè mandamus aggravando
ſuperiorum conciencias, quod ſtatim, & ſine reſpectu procedant ad pœnas
taxatas; quas etiàm reſpectivè extendimus ad ipſos Priores tantæ deſormitati
conniventes; ità ùt ſi apùd quemcumque ſubditum aliquà ex ſuprà dictis veſti-
bus, ac vanitatibus reperiatur, vel in coma, &c. ejuſmodi deformitas appa-
reat, Prior, ſeù ſuperior illius ſit ipſo facto ab officio *abſolutus*. Et ùt hæc ad-
monitio manifeſta ſit omnibus caſtellanis verbis exprimitur & declaratur.

Para que eſta nueſtra admonicion ſea clara y manifieſta, no ſolo à los Religioſos del Choro, ſino tambien à los Hermanos Converſos, la explicamos con palabras caſtellanas, para que nunca puedan excuſarſe con pretexto de ignorancia: Aſsi como ſegun nueſtras ſagradas Conſtituciones, no deben traer los Religioſos del Choro el pelo largo, ſino que entre la corona y la oreja ſolo han de mediar tres dedos de cerquillo, aſsi los Religioſos, que no ſon de corona, han de traer corto el pelo; no deben uſar veſtido de lino à las carnes; en lo qual no ſolo excluimos camiſſas, ſino tambien paños menores, calzetas de hilo, virretes, pañuelos, y ſabanas de lienzo; la capa, el eſcapulario, y la ſaya no toquen la tierra; y mucho menos la profana, eſcandaloſa, y vana uſanza de las caudas, ſe ha de permitir en los que por ſu Inſtituto deben aprovechar à las Almas de ſus proximos, no ſolo con la predicacion Evangelica, ſino mucho mas con la Chriſtiana compoſtura, y religioſa modeſtia: El habito, que para nueſtra exaltacion y gloria baxò en ſus Santiſſimas manos la Reyna de los Cielos, lo han de traer en todas partes publico y manifieſto, y por ningun titulo temerariamente lo oculten, y lo eſcondan; las veſtiduras interiores han de ſer blancas, y no de otro color, nì de otra materia, que la que es decente à los que profeſſaron ſeguir la pobreza Evangelica; por lo que no deben traer nueſtros Religioſos medias de ſeda, zapatos que llaman rapetados, evillas, y otras profanidades, que repugnan tanto à los Religioſos, como el habito, y el cerquillo à los Seglares: por lo que amoneſtamos à los Prelados, que conformandoſe en todo con la Ordinacion antecedente, ſevera y gravemente caſtiguen à los que en algo de eſto hallaren defectuoſos.

Imò in hoc, nèc Prælatos poſſe diſpenſare ſtabilitum fuit Rom. in actis Cap. Gen. 1656. pèr hæc verba Admon. 10. habita. *Admonemus* omnes ſummi rigoris, quo ſacra Conſtitutio Diſt. 1. Cap. 10. Text. 1. adeò in-diſ-

diſcriminatim ac ſine exceptione univerſos comprehendit ſub lege non geſtandi linea ad carnem, ut neque cùm infirmis quo ad hoc diſpenſet, cùm expreſsè dicat, *lineis non utantur ad carnes, neque etiam infirmi*; Proindè in prohibitione tàm præciſſa & arcta nemo ſibi uſurpet facultatem secùm, aut cùm alio *diſpenſandi.*

Admonemus parimodò Prælatos, quòd eos, qui fugitivi è noſtris Conventibus egrediuntur, quandò fuerint coacti, vel ſpontanei ad ipſos reverſi, inviolabilitèr, & abſque ulla diſpenſatione, recipiant in carcere: ùt fuit ordinatum Romæ in Cap. Generalibus 1601. ord. 21. & 1558. ubi hoc ſub pœna gravioris culpæ, & Bonon. 1564. ſub pœna ſuſpenſionis ab officio præcipitur Prælatis.

Itèm admonemus Prælatos, ùt qui fugitivi fuerint minimè ad ſacros ordines promoveri valeant; cùm in Cap. Rom. ord. 5. ipſis ſub pœna privationis ab officio hoc exequi præcipiatur. Paritèrque admonemus ipſos, ùt qui fugitivi de alia Provincia ad hanc noſtram Mexicanam venerint, pœnæ gravioris culpæ illos indiſpenſabilitèr ſubijciant; ſicùt ordinatum eſt Argentin. 1417. ord. 5. Itèm nullus ſubditus recurrat ſine licentia ſui Prælati ordinarij ad P. N. Priorem Provincialem; ùt determinatum eſt Treveris 1289. ord. 12.

Ad procurandum ſtudiorum profectum, admonemus Prælatos, ùt hanc ordinationem Rmi. de Cloche operè exequantur. Quæ ſic ſe habet. *Cùm* hæc ex occurrentium tot feſtorum, tùm de præcepto, tùm ordinis noſtri, non modicè in dicta Provincia impediantur, ſtatuimus ad petitionem nobis factam ùt tempore Auguſti prò vacationibus annuis, non niſi viginti dies habeantur, & aboleatur conſuetudò ceſſandi à ſtudijs in feſtis *Ordinis noſtri.*

Inſuper ſtatuimus, ùt Magiſtri ſtudentium continuent circulos quotidianos, etiàm in Quadrageſima, & diebus veneris totius anni, cùm horis veſpertinis ſuppetat tempus, quod manè prædicatione *impeditur.*

Ordinamus prætereà, quòd in poſterùm ultimum examen, antequàm ſtudentes à ſuis ſtudijs abſolvantur, non fiat pèr puncta, antè viginti quatuor horas eiſdem aſſignata, ſed de omnibus materijs, quas tempore ſtudiorum audierunt; et neantùrque eaſdem benè ſcriptas examinatoribus præſentare, ſecùs à ſtudijs non abſolvendi, etiàm ſi terminum eorundem *attigerint.*

Ut ſtudia in hac Provincia refloreant, quæ tepeſcere audivimus, ordinamus quòd lectiones tàm Philoſophiæ, quàm Theologiæ diſtribuantur in publico examine & concurſu, ſub pœna nullitatis inſtitutionis alitèr factæ, oneramuſque conſcientias examinatorum, ſi minùs dignos dignis anteponant.

Ultimò circa ſtudium admonemus Prælatos, & Regentes ſtudiorum; quòd cùm in Cap. Gen. Rom. 1656. adm. 13. ſtabiliatur, quòd Lectores ſub pœna privationis gradum non teneant, affirment, vel tueantur quamcumque, ſingularem opinionem, quæ ſit communi SS. PP. ſententiæ contraria, vel diſo-

iſona, nec ipſam quoviſmodò referant, niſi ad confutandum, & ejuſdem rgumentis reſpondendum; nè hoc contingat, & à veſtigijs Ang. noſtri Præceptoris Lectores noſtræ Provinciæ diſcedant, minimè ipſos ſequi Auctores xtraneos (quamvis Thomiſtæ ſint) permittant; ſed doctrinam D. Thomæ ecundum explanationem, & tutam interpretationem Thomiſtarum Dominicanorum inviolabilitèr ipſos legere compellant.

Admonemus, & pèr viſcera Chriſti (ſi fas eſt) rogamus R. P.N.Mag. Provincialem, ùt licentiam confitendi moniales S. Catharinæ Senenſis hujus Mexicœæ Civitatis, non niſi RR. adm. PP. Magiſtris, Præſentatis, ex Lectoribus ſacr. Theologiæ, & actu legentibus concedat: & ùt omne vitetur animarum damnum, ſimilitèr admonemus Prælatos, ùt ſubditorum ſcrutentur licentias, & quas terminatas repererint, ad nos intrà bimeſtre pèr eoſdemmet mittant (quos ſimplices declaramus Sacerdotes) ùt iterùm pareant examini in hoc Mexicœo Conventu, & approbatione obtenta, ampliationem ambiant ipſarum.

Animarum detrimentum tàm fratrum, quàm ſororum vitare cupientes, eodem modo rogamus ſuam R. adm. P. & R. P. Priorem hujuſce Conventus admonemus nè fratres, qui ad confitendas, & auxiliandas ſorores in periculo mortis conſtitutas, deſignantur, ſint juniores, ſed maturi & provecti, ùt ipſas ſorores modeſtia, exemplo, & prudentia adjubent. Et quià ex nimio commertio fratrum cùm ſororibus, ipſarum perturbatio, ipſorumque non minor ruìna reſultat, admonemus omnes Patres, & Fratres, ùt eaſdem viſitare minimè pertentent abſquè expræſſa ſuperiorum licentia (exceptis conſanguineis huſquè ad quartum gradum incluſivè) ſub pœnis Prælatis arbitrarijs; quorùm concientias in hac re gravitèr oneramus.

Amoneſtamos à la R.M. Priora de nueſtro Convento de Santa Catharina de Sena de eſta Ciudad de Mexico, que haga à las Religioſas ſe obſerve lo que ſe les manda en el Cap. 13. de ſus ſagradas Conſtituciones en lo que toca al ſilencio en el Choro, deſterrando tòtalmente el abuſo de librar, ò converſar en el Choro bajo de ſu Igleſia, y tribuna de ella, con perſonas de afuera, por el gran deſacato, y poca veneracion, que de aquí ſe ſigue al Soberano Sacramento del Altar, convirtiendo la Caſa de oración en locutorio, ò lugar de comercio; en que à màs de lo Religioſo ſe debe juntar lo Chriſtiano.

Aſsimiſmo la amoneſtamos, mande à ſus Religioſas obſerven, y cumplan el Cap. 10. en que ſe les previene la honeſtidad conque deben veſtirſe, quitando los encarrujos, eſpecialmente en los eſcapularios y mangas, que totalmente desfiguran la forma de nueſtro habito ſagrado, que baxò de los Cielos la Soberana Emperatriz, ſin tales ſuperfluidades, y curioſos adornos, que ſon muy repugnantes al veſtido nupcial, que debe ſeñalar à las Eſpoſas de JESUS, como ſegregadas de las Eſpoſas de los mundanos. Y por lo miſmo mandarà ſe quiten de los eſcapularios las labores coſtoſas y curioſas, que

que ſon mas para indicar ſuperfluidades, que para demoſtrar la pobreza, que profeſſaron. Aſsimiſmo les mandarà ſe quiten los colchados, que ſolo ſirven de hazer nueſtro ſagrado habito peſado y muy coſtoſo, indiſponiendo en la ſalud à las que ſon de delicada complexion, y que baxen los habitos de modo, que no ſe les perciban los colores de las ſayas interiores.

Ordinationes, Declarationes, & Præcepta.

ORDINAMUS, quòd, ſicùt ſtatutum eſt Avenione 1470. ord. 2. portæ Conventuum noſtrorum (exceptis tantùmmodo illis in quibus animarum cura noſtris incumbit) ab hora prandij maneant huſquè ad veſperas clauſæ, paritèrque à dimidia hora poſt orationis ſignum (vulgò las Ave Marias) huſquè ad horam primæ.

Ordinamus prætereà, quòd fratres noſtri è Conventibus abſquè ſocio neâiquàm egrediantur; & qui ſecùs fecerit in domo Novitiorum incluſus per quindecim dies purgabit deffectum.

Tùm etiàm ordinamus, quòd miniſtri quique, & eorum coadjutores, Prioribus ſuis Eccleſiaſticas qualcumque obventiones detegant, & tradant, tanquàm legitimis Prælatis ſicùt etiàm Vicarijs, Præſidentibus, & quæiſlibet Præfectis: Nèc ùt aliquas occultent, Baptiſmata & Matrimonia, ab ipſis miniſtrata, in libris ſcribere renuant; ſed clarè & diſtinctè (de more Parochorum) inſcribant, mentione in libris facta diei, menſis, & anni, adminiſtrationis cujuſlibet. Supèrquæ Prælati toto animo ardentèr invigilent.

Ordinamus ittèm, quòd nullus equus, vel mulus, aùt mula proprius ſit fratribus noſtris: Quòd ſi id miniſtrandi neceſsitas exègerit, illi dumtaxàt ad uſum habere à ſuis Prioribus, & Vicarijs permittentur, quos cogit ſimilis indigentia.

Et quià ubivis dedecet Religioſum quemlibet ſæcularis habitus, & in quavis terræ parte, quantumvis remota, tenemur, ab eijſdem ſecerni; ordinamus, nè quiſquam in poſterum utatur cappis, alijſve veſtibus, ob materiam, vel formam ſæcularium uſui deputatis.

Quià verò eſt paritèr indecens, nos abſque integro habitu à S. P. N. Dominico, totque ejuſdem Sanctis filijs induto, in conſpectu ſæcularium publicè apparere; ordinamus, quòd nullus abſque nigra cappa & caputio, in veſtibus tantùm albis, extrà Conventus noſtros ambiat circumeundo, aùt domus finitimas pari indecentia quolibet prætextu viſitet: & multò minùs ad falſam, vel principalem januam moratoriè vagabundus ſiſtat.

Cùm Avenione 1561. ord. 4. ordinatum ſit, & præceptum RR. PP. Prioribus Provincialibus, Vicarijs, Prioribus, & Præſidentibus quibuſcumque noſtri Ordinis, nè permittant, quòd fratres in Conventibus noſtris, ſivè ſorores in Monaſterijs deinceps faciant comedias, ſivè repræſentationes cujuſcumque

genea

enteris; præcipientes, ut oppoſitum faciente à ſuperioribus ſuis officijs in pœnam abſolvantur: hoc ipſum firmiter cuſtodiri in noſtra Provincia pro fratribus ordinamus: & adhuc ſcandalum & peiora præcaventes, ordinamus pariter, quod fratres noſtri domum, ubi publicè hujuſmodi repræſentationes & comediæ fiunt, nequaquàm ingrediantur; & illis, cùm tàm evidenti nota irreligioſitatis, adſint.

Ordinamus, ùt obſervetur ad unguem, quod non immeritò ſtabilitum in Cap. Rom. 1598. quod, nempè, graduandorum & confeſſorum examinatores ſint tres Magiſtri in Theologia, Regens Primarius, & unus Baccalaureorum, quod ſi iſtorum defuerit aliquis, locum occupet Lector Theologiæ, ùt quinque examinatorum compleatur numerus.

Item ordinamus, ùt in Converſos minimè recipiantur, niſi qui in aliqua arte, qua Religioni valeant in ſervire, fuerint periti, ùt fuit ſtabilitum Toloſ. 1618. ord. 6. Atque pariter ordinamus, quod fratres noſtri curam aliorum infirmorum à fratribus noſtris, non ſuſcipiant; & fratres Converſi Ordinis noſtri dijudicandis pulſibus & urinis ſe nullatenùs intromittant; ùt ſtatutum eſt Menſ. 1251. ord. 5.

Y para que los Hermanos Converſos, à quienes con eſpecialidad pertenece eſta nueſtra ordinacion, la entiendan, lo que dice en terminos caſtellanos es, que los Hermanos Converſos de nueſtra Sagrada Religion no ſe intrometan en juzgar de los pulſos, y orinas, haziendo viſitas à otros enfermos, que à nueſtros Hermanos; aſsiſtan ſi con todo cuydado à los Religioſos de nueſtra enfermeria, pues tienen tanta neceſsidad de ſu ayuda y aſsiſtencia.

Cùmque in brevi Smi. Dñi. Nri. Urbani Papæ VIII. ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipiatur, ne quis extrahat, vel furetur libros ex noſtris communibus Bibliotecis, advertere opportet, quod non ſunt idem extrahere & furare, ſed habent ſignificata longè diverſa; aliàs cùm de noſtro Angelico Præceptore dicitur, quod cùm compræſiſſet & retinuiſſet chartulam, in quà ſalutatio Angelica erat ſcripta, nutrix, ùt eum labare poſſet, extrahere conata eſt, ſenſus eſſet, furari conata eſt, quod ridiculum manifeſtè apparet; & extrahere & furari præfati brevis eſſet inutilis repetitio: quapropter ordinamus, ùt nulla excuſatione, prætextu, vel cujuſlibet licentia, colorevè, fratres noſtri libros extrahant de noſtra communi Biblioteca; alias ſubjectos dictæ excommunicationis pœnæ declaramus.

Item ordinamus, quod finita Miſſa majori, fratres noſtri in noſtris Conventibus ſanctiſsimum B. Virginis Roſarium devotè recitent, ùt ordinatum fuit Rom. 1629. ord. 9. Et qua poſsint devotione & comitatu inqualibet prima Dominica menſis, & ſingulis feſtivitatibus ejuſdem Chriſti feræ pèr publicos calles ipſum recitari non prætermittant.

Poſtremò ordinamus, ùt ex nunc nullus noſtrorum gaudeat titulo,

quem non habet, nèc in quo adipiſcendo inſudaverit; unde ex Lectores ſubſcribi deincèps non licebit niſi ijs tantumdèm, qui in aliqua Univerſitate pèr duodecim annos Artium & Theologiæ curſum legendo compleverint.

Et cùm filialis amor ergà noſtrum Mexicanum Conventum Imperialem in omnibus Provinciæ filijs abeſſe non poſsit; protèr quem (prò poſſe) idem exonerare non renuent; ob gravem Capellaniarum & onerum numerum, quilibet frater in domibus doctrinarum tenebitur applicare viginti quinque Miſſæ ſacrificia pèr annum, totidemque ſimilitèr deinceps.

Præcipimus in virtute Spiritus Sancti & ſanctæ obedientiæ, nècnon ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, unà hac prò trina canonica monitione præmiſſa, quòd RR. PP. Priores, Vicarij, & Præſidentes, ſtatim, ac ad ſuos Conventus, vel domos acceſſerint, de ipſorum bonis mobilibus & immobilibus, memoriam faciant cùm diſtinctione & claritate, & ad N. adm. R. P. Provincialem intrà bimeſtre mittant. Quòd quidèm ſimili modo præcipimus Patri Infirmario, P. Sacriſtæ, & P. Magiſtro Novitiorum. Bibliopola inſimùl memoriam faciet librorum.

Mandamos à la R. M. Priora, que por tiempo fuere de nueſtro Convento de Santa Catharina de Sena, y à todas ſus Religioſas debajo de precepto formal, y en virtud del Eſpiritu Santo, y ſanta obediencia; y tambien debajo de pena de excomunion mayor, que ſe incurra con el miſmo hecho, y que eſta monition ſea y valga por tres moniciones canonicas, que ni por si, ni por tercera perſona, pidan, ò ſoliciten licencias, para que alguna, ò algunas mugeres caſadas, ò ſolteras, entren, aunque ſea por breviſsimo tiempo à morar en dicho Convento, ò perſeverar en èl las que de preſente eſtan: antes ſi ſalgan irremiſſiblemente todas las que aſsi ſe hallaren viviendo en èl, dentro del eſpacio de un mes, que aſignamos por termino peremptorio, que ſe comenzarà à contar deſde la publicacion de eſtas Actas.

